

Autoris de Alchemia
Carmen.

NON tibi Lector opes Cræsi, non velleræ Pontis
Aurea promitto nec verbis fallere quenquam
Fucatis quæro, potius sed veræ profari,
Chemiam vita, si mentis cura quietæ
Est tibi, namq; parum lucræ, sed damna, reique
Proluuïem, morbosque adfert, nimiumque senectam
Accelerat tristem, nec fama parca honesta.
Cultoresque suos sub inani nomine gazæ
Querenda ludit miseros, sanabile nunquam
Infligens vulnus, quo læsus pectoris imo
Suspirans, fluxas deplorat temporis horas.
Artis at hæc minime, qua non præstantior vlla,
Culpa sed artificum est, hæc qui misteria tentant
Prædari, & clausas Naturæ irrumpere portas.
Qualis sacrilegus, iuris contemptor & æqui
Periurus, latro, moechus, fraudator, auarus,
Stultus, & imprudens, & quos Ecclesia telo
Sancta petit crimen propter, scelus atque nefandum,
Fur, rapiens res alterius, quem cæca fatigat
Ambitio, cogitque insomnes ducere noctes,
Et sua profundens nimium, vulgusque profanum,
Hostes Naturæ cuncti, quos odit & arcet
Hæc ars non facilis, quamuis per vota vocetur.
Quin etiam blandè seductos ridet, & auro
Priuat, quo poterant felicem ducere vitam,
Contenti tantum propria si sorte fuissent.
Fædos substituens fumos, tetrosque vapores
Argenti viui, carbonum, & sulphuris vsti,
Queis inimica luant condignas corpora pœnas
(::) illorum,